

*nummi (Eckhel 6, 362) titulique (potissimum N. 246. 254) demonstrant Vespasianum Tito plerumque sex imperatoriis acclamationibus fuisse superiorem, ut hic fuerit imp. XII; sed aliunde constat Vespasianum imp. XIII fuisse dictum iam d. 21 Mai. anni praecedentis (III p. 352 cf. X 8025/4). — 3) Consul sextum Vespasianus fuit a. 75, septimum a. 76. — 4) Numerus firmatur apographo exempli Pinciani.*

**249** imp. Caesar | Vespasianus Aug. | pontif. max., tribun. | potest. VI, imp. XIII, p. p., | cos. VI<sup>1</sup> desig. VII, censor, | locum viae publicae | occupatum a privatis | per collegium pontificum | restituit.

*Romae antea ad muros urbis inter portas Appiam et Ostiensem, nunc in museo Capitolino (VI 935 cf. Lanciani Bull. com. 1882 p. 155). — 1) A. 75 (ante kal. Iul., propter trib. pot. VI).*

**250** imp. Caesar Vespasianus Aug. pontif. max., | trib. pot. VII, imp. XVII, p. p., cos. VII<sup>1</sup> design. VIII, | templum Matris deum terrae motu conlapsum restituit.

*Herculanei rep., nunc Neapoli (X 1406). — 1) A. 76 (ante kal. Iul., propter trib. pot. VII).*

**251** imp. Caesar | Vespasianus | Aug. cos. VIII<sup>1</sup> | fines agrorum | dicatorum | Dianae Tifat. a | Cornelio Sulla<sup>2</sup> | ex forma divi | Aug. restituit. *Capuae (X 3828). — 1) A. 77 (vel 78). — 2) Cf. Velleius 2, 25.*

**252** [*imp. Caesari*] | Vespasiano Augusto | pontifici maxim., | tribun. potestat. . . .<sup>1</sup>, | imp. XVII, p. p., | cos. VIII desig. VIII<sup>1</sup>, censori, | conservatori caerimoniarum | publicarum et | restitutori aedium sacrarum, | sodales Titi.

*Romae (VI 934 ad exempla Poggii, Accursii, Smetii, aliorum). — 1) Titulus positus post d. k. Ian. 77 quo consul octavum factus Vespasianus, ante d. k. Ian. 79 quo factus est consul novum; numerus tribuniciae potestatis, qui perit, fuit aut VIII aut VIII aut X, imperatoriae acclamationis vix fuit, ut traditur, XVII, cum constet Vespasianum iam d. 2 Dec. 76 fuisse imp. XVIII (C. III p. 835).*

**253** imp. Caesar Vespasia[nus] Aug. pontif[.f.] max., trib. pot. | VIII<sup>1</sup>, imp. XIX, p. p., cos. IX design. VIII; | imp. T. Caesar Aug. f.<sup>2</sup> cos. VI desig. V[II]; | Domitianus Caesar Aug. f. | cos. V desig. VI, vias | a novo munierunt | per L. Antonium Nasonem | proc. eorum<sup>3</sup>.

*Prope Prusam Bithyniae (Brussa) (III S. 6995). — 1) Kal. Iul. 77/78. — 2) Nota hic datum Tito nondum Augusto imperatoris praenomen; qua de re dixerunt Mommsen Wiener Numism. Zeitschr. 3, 1874 p. 458 seqq., Pick Berliner Numism. Zeitschr. 13, 227 seq. Reperitur etiam dictus T. imp. Caes. Aug. f., ut in titulo praetorii Carnuntini (arch. ep. Mitth. 5 p. 216) et in nummis quibusdam (Pick Zeitschr. f. Num. 13 p. 229. 230). Cf. etiam infra N. 259. — 3) Procurator Bithyniae notus etiam ex nummis (Eckhel 2, 404).*

**254** imp. Caes. Vesp. Aug. pont. | max., trib. pot. X, imp. XX, p. p., cos. IX<sup>1</sup>; | imp. T. Vesp. Caes. Aug. f. pont., trib. | pot. VIII, imp. XIII, cos. VI[J]; | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!; | C. Cal-